

KNIHOVNA STŘEDOVĚKÉ TRADICE

XVI

TOMÁŠ Z CANTIMPŘÉ

řídí

Lenka Karfíková a Hana Šedinová

De monstris marinis
(*De natura rerum VI*)

Mořská monstra
(*O přírodě VI*)

Latinská edice, překlad, úvod a komentář

Hana Šedinová

PRAHA

2008

DE NATURA RERUM VI
DE MONSTRIS MARINIS
O PŘÍRODĚ VI
MOŘSKÁ MONSTRA

83ra | Incipiunt capitula de monstris et beluis marinis.

Generaliter de monstris marinis	Exposita
Abides	Helcus
Achime	Focha
Belue magne maris	Fastaleon
Barchora	Falacha
83rb Cetus sive ballena	Glamenez
Cocodrillus	Gladius
Cervus marinus	Ipothannis
Caab	Kilo
Cricos	Kilion
Celechi	Kochi
Chyлон	Luligo
Canes maris	Ludolachra
Ceruleum	Monachi maris
Draco maris	Monoceros, qui et unicornis maris dicitur
Delphinus vel delphini	Nereides et nautilus
Delphinorum aliud genus est in	20
Nylo	Orcha
Equus maris	Onos
Equus Nyli	Perna
Equus fluminis circa Damas-	Pester
cum	Pantaniste
	25

Začínají názvy kapitol o mořských monstech a obludách.

Obecně o mořských monstech	Exposita
Abides	Helchus
Hahune	Tuleň
Velké mořské obludy	Fastaleon
Barchora	Galalka
Velryba	Gamenez
Krokodýl	Mečoun
Mořský jelen	Hroch
Kaab	Kilo
Krikos	Kilion
Celechi	Koki
Chylon	Luligo
Canes maris	Ludolachra
Ceruleum	Mořší psi
Draco maris	Monachus
Delphinus vel delphini	Mořský drak
Delphinorum aliud genus est in	Jiný druh delfínu žijící v Niu
Nylo	Nereides et nautilus
Equus maris	Onos
Equus Nyli	Perna
Equus fluminis circa Damas-	Pester
cum	Pantaniste
	25

Mořská monstra

1. Nejprve obecně

Polipus	Testeum
Serra, aliud monstrum maris	Vacca maris
Sinenes	Vituli marini
Silla	Zedrosi
Scycii	Zerach
Testudines Yndie	Zetiron
Tignus in Ponte	Zifius

5

83va | Explicitunt capitula. Incipit liber sextus de monstris marinis.

10

Chobbotnice	Testeum
Serra, jiné mořské monstrum	Mořská kráva
Sireny	Mořská telata
Skylla	Zedrosi
Scimnoci	Zydrach
Indické želvy	Zytiron
Tignus žijící v Černém moři	Zifius

15

1. PRIMO GENERALITER

15

Monstra marina sunt ab omnipotente Deo in ammiracionem orbis data. In hoc enim magis ammiranda videntur, quia raro conspicibus homini offeruntur. Verumptamen dici potest, quod vix in aliquibus rebus sub celo ita mirabiliter operatus sit Deus, excepta humana natura, in qua vestigium Trinitatis resultare videtur. Quid enim mirabilius potest videri sub celo monstro ceti atque ballene, quod in magnitudine montibus ac vastissimis campis proculdubio comparatur? Perfectorum cethorum magnitudo apud nos in mediterraneis maribus videri non solet, sed in oceano aut in illis maribus, que permeabilia esse non solent. Exceptis autem cethis et alia monstra maris sunt, que sua diversitate vel magnitudine Deum mirabilem predictant. Vix enim terra animal quadrupes habet, quod non in parte simile mare habet. Sed et volucrum similitudines atque serpencium mare frequenter ostendit. Nec credendum est, sicut quidam opinati sunt, huiusmodi monstra ex adulterinis commixcionibus generata, sed Deum hec omnia inter primordiales creaturas originaliter procreasse. Horum nonnulla

1. NEJPRVE OBECNĚ

Všemohoucí Bůh stvořil mořská monstra, aby vzbuzovala na světě úžas. A je třeba nad nimi žasnout tím spíše, že se jen málo-kdy naskytne lidskému zraku. Lze dokonce říci, že s výjimkou člověka, v němž se jasně projevuje odraz svaté Trojice, nalezneme na světě jen stěží něco jiného, v čem by se tak podivuhodně projevilo Boží působení. Vždyť co je na světě pozoruhodnějšího k videní než monstrum velryba, jejíž velikost můžeme bezpochovy srovnávat s horami a šírymi pláninami? V našich vnitrozemských mořích obrovité velryby obvykle nevidáme, ale lze je spatřít v oceánu a v těch mořských oblastech, kde se lodě plaví jen zřídka. Kromě velryb však existují také další mořská monstra, jejichž rozmanitost a množství vypovídá o podivuhodnosti Boží. Sotva žije na zemi čtyernožec, kterému by se alespoň částečně nepodobalo nějaké zvíře v moři; můžeme zde však často vidět i živočichy, kteří připomínají ptáky nebo plazy. A není důvod si mysljet, jak soudí někteří lidé, že se taková monstra zrodila z nepřirozeného spojení odlišných druhů, nýbrž je třeba věřit, že Bůh dal vzniknout všem témti tvorům zároveň s ostatními již při stvoření světa. Některá tato monstra se plazí, jiná běhají, další skákají a jiná zase letají; všechna společně však plavou. Většina z nich je pokryta šupinami

16 ammiracionem Boese] ammiracione MS — 22 montibus Boese] montis MS — 24 maribus S] maris MS — 25 maribus S] maris MS — permeabilia Boese] permeableisia MS — 28 similitudines Boese] similitudinis MS — 30 huiusmodi Boese] huius MS

repunt, alia currunt, alia saliunt, alia eciam volant. Omnia autem pariter natant. Pleraque ex hiis squamas, alia cutes fortissimas, omnia fere pinnulas et caudas piscium, vel per brachialia membra nituntur. Nonnulla in aere sicut terrestria recuperant spiritum. Pluraque vero sicut pisces communiter in aqua raritate spiritus animalium.

2. DE ABIDE

Abydes animal marinum est, ut dicit Aristoteles, quod primo est aquosum et nutrimentum eius in aqua salsa est. Deinde huius animalis forma mutatur et fit altera; et tunc exiens aquam nutritur a terra. Tunc | mutatur eciam nomen eius et vocatur astoas. Et in hoc mirum est, ut cum ipsa corporis forma mutatur, eciam et ipsa morum natura mutatur, ut prius in aqua, deinde vita sua habilitetur in terra. Et hec racio, quod secundum dispositionem membrorum et forme habitum et ipsa eciam in moribus vita mutatur.

20

3. DE HAHUNE

(1) Hahune monstrum maris est, ut dicit Aristoteles. Hoc animal omnibus marinis beluis gulosis est. Vivit preda et quicquid comedit, veritut ei in crassitudinem corporis. Unde fit, ut extendatur venter eius ultra estimacionem et debitam quantitatem secundum magnitudinem corporis sui.

(2) Hoc animal cum aliquod periculum timet, abscondit caput suum intra se hoc modo; recolligit enim membra sua in se sicut hyrcius. Adeo enim crassum et pingue est animal, quod pellem et

pinami, některá mají tvrdou kůži, ale téměř každé je opatřeno ploutvemi a rybím ocasem, nebo se pohybuje pomocí údů, které vypadají jako paže. Nalezneme mezi nimi taková, jež dýchají vzduch jako suchozemští tvorové, většinu však stejně jako ryby udržuje při životě občasné nadechování ve vodě.

Abides je podle Aristotela mořské zvíře, které se chová nejprve jako vodní živočich a svou potravu nachází ve slané vodě, později se však mění jeho podoba a stává se z něho jiný tvor; opouští vodu a žíví se tím, co mu poskytuje souš. Tehdy také dochází ke změně jeho jména na *astoas*. Podivuhodné na tom je, že současně s jeho tělesnou proměnou dochází i ke změně jeho přirozeného chování: jako byl nejprve uzpůsoben k životu ve vodě, je později schopen žít na souši. A to je tedy jeho podstatou, totiž že se v závislosti na usporádání údů a na jeho tělesném vzhledu mění během života i způsob jeho chování.

3. HAHUNE

(1) Hahune je podle Aristotela mořské monstrum. Toto zvíře je ze všech mořských oblud nejzravější. Žije z koristi a díky všemu, co pozře, mu neustále tloustne tělo. Zároveň s tím se mu nevidaně a nadměrně roztahuje i břicho.

(2) Když se tohoto živočicha zmocní strach z nějakého nebezpečí, ukryje si hlavu do záhybů těla tím způsobem, že stočí údy do sebe jako ježek. Je to totiž tak silné a tlusté zvíře, že stáhne kůži

16 quod Boëse] om. MS

10 Aristoteles, Hist. animal. I, 1, 487b3-6, Aristoteles Latinus, Hist. animal. 487b3-6 — **24** Aristoteles, Hist. animal. VIII, 2, 591b1-8, Aristoteles Latinus, Hist. animal. 591b1-8

carnes suas contrahens replicat et abscondit intra se extremitates corporis sui, ita ut non appareant. Verum tamen hoc ipsum non facit aliquando sine detimento sui. Mortem in tantum timet, ut dum sibi aliquod periculum imminere viderit, caput suum intra corpus suum abscondit, et cum senserit non laxari periculum nec abscedere bestiam, que in insidiis latet, nequaque retrahit caput foris, quod intus abscondit. Sed cum fame affligitur, carnes prias devorat, magis eligens in parte absumi quam preda facta beluis in toto consumi.

(3) Hoc contra miserum hominem, qui cum videt sibi corporis et anime periculum imminere, per gravedinem vel petulanciam pinguis corporis non dat operam, ut consumpione proprie carnis per ieunium et abstinentiam esce et potus mundum vel carnem vel demones sue salutis insidiatores evitet. Videmus enim certissime, quod per abstinentiam corporalem homines periculum mortis frequenter evadunt, ut ydorpisim per abstinentiam potus, febres et multas alias infirmitates per abstinentiam cibi.

(4) Animal istud caret stomacho et ideo, quando comedit, multum inflatur ventre, et cum amplius extendi venter non potuerit, 84ra eicit pisces per os, et hoc de facili, quia os eius est ventri contiguum, ita quod collo caret sicut et cetera animalia maris. Nullus enim piscium collum habet.

4. DE BELUTIS MARIS ORIENTALIS

25

Belue sunt, ut dicit Plinius, in orientali mari tante magnitudinis, ut illiceant turbines ac procellas, ab imo vertant maria pulsatasque nebulas cum fluctibus volvant, ita ut in hystoriis referatur, quod magnus Alexander classem haut alio modo quam hostium acie obvia contrarium agmen adversa fronte duxerit.

a svaly, zavine končetiny a schová je uvnitř, takže pak nejsou vidět. Je ovšem pravda, že toto chování může leckdy vést k jeho vlastní újmě. Děsí se totiž smrti do té míry, že ve chvíli ohrožení skryje hlavu uvnitř těla, a dokud cítí, že nebezpečí trvá a zvíře, které na něj ve skrytu číhá, neodchází, hlavu schovanou uvnitř nevytáhne ven. A když je pak začne trýznit hlad, požírá své vlastní tělo. Raději přijde o část těla, než aby se stalo kořistí pro nějakou obludu a bylo sežrano celé.

(3) Chová se zcela opačně než hříšní lidé. Nebot i když takový špatný člověk vidí, že na jeho tělo nebo duši číhá nějaké nebezpečí, těžkopádnost a žádostivost tučného těla mu brání, aby je vyhlaďoval půstem a střídmostí v jídle a pití, a vystříhal se tak světských a tělesných potěšení a démonů, kteří ukládají o jeho spásu. Vždyť přece vídáme, že lidé častokrát uniknou hrozící smrti díky tělesné zdržlivosti, například když se omezováním příjmu tekutin vylečí z vodnatelnosti a střídmostí v jídle z horeček a mnoha jiných nemocí.

(4) Toto zvíře nemá žaludek, a tak se mu po jídle hodně nafoukne břicho. Když se již nemůže roztahnout více, vyvrhne hahuňe ryby ústy. Jde mu to velmi snadno, protože jeho ústa jsou vlastně pokračováním břicha, takže je stejně jako jiná mořská zvířata bez krku. Krk totiž nemá žádná ryba.

4. OBLUDY VÝCHODNÍHO MOŘE

Podle toho, co píše Plinius, žijí ve východních mořích tak obrovské obludy, že vyvolavají bouře a vichřice, obracejí moře ze dna a voda vzedmutá vlnobitím pak narází až do mračen. V dějepisných knihách se vypravuje, že Alexander Veliký plul proti temuto obludám se svým loďstvem, jako by vedl protilehlý voj čelem proti nepřáteleckému šíku.

30 acie obvia Boese (*cf. Plinius, Natur. hist. IX,5*) obvia MS

27 Plinius, Natur. hist. IX,4–5

5. DE BARCHORA

(1) Barchora, ut dicit Aristoteles, animal marinum est et comedit parvos pisces. Orificium huius animalis est os forcius omni ore animalis cuiuslibet, quoniam si acceperit lapidem in ore suo, frangit eum. Hoc animal quandoque exit ad ripam et herbas de- pascit. Et tunc oportet ipsum in aquam reverti et submergi aqua, ne cutis eius a sole desicetur et non possit se flectere ad nutum debitum.

(2) Comprehenditur hoc animal a piscatoribus per parvos pisci- culos, quos filo vivos consutos in mari proicunt. Pisciculi vero effugere non valentes, sed insimul fluitantes predicti animalis morsibus patent ac ipsum animal alium post aliud deglutiire labo- rans interim occupatus deprehenditur.

10 15

6. DE CETHO VEL BALENA

(1) Cetho omnium piscium maximum est, ut Isidorus dicit. 20 Quem piscem educat mare quatuor iugerum magnitudinis. Habet strictos oris meatus, unde non nisi parvos deglutit pisciculos, quos odorifero oris hamelitu devorans et ad se trahens in ventrem suum mittit. In gutture enim quandam habet pellem in modum men- brane, et hec | multis meatibus perforata nec sinit quicquam cor- 25 pulencia magnum in ventrem eius ingredi. Os vero magnum et patulum habet et eo glutitus creditur Yonas propheta; nimirum habitaculum sufficiens tanto hospiti! In iuventute dentes nigros habet, qui in senectute albi fiunt. Os habet in fronte. Hii pisces aliquando haustos ita eructuant fluctus, ut nimbosea alluvie pluri- 30 munque depriment classem navigancium, sed et commocionibus et turbinibus naves mergunt. Itaque cum in mari tempestas ex- oritur, attollunt se super fluctus.

12 consultos *Boeze*] consultos *MS*

4 Aristoteles, Hist. animal. VIII,2, 590b1-9, Aristoteles Latinus, Hist. animal. 591b1-9 — 20 Isidorus Hispalensis, Etymol. XII,6,8 — 27 Ion 2,3

(1) Barchora je podle Aristotela mořský živočich. Pojídá malé rybky. Má nejsilnější tlamu ze všech zvířat – strčí-li si totiž do úst kámen, rozlomí jej na kusy. Čas od času připlave na břeh a spásá tan traviny, pak se ale musí vrátit do vody a ponořit se, aby se jí kůže na zádech nevysušila od slunce a nedošlo k tomu, že by nemohla podle potřeby hybat hlavou.

(2) Rybář ji loví na malé rybky, které navlečou živé na šňůru a hodí je do moře. Rybky sebou mřskají, nemohou uniknout, a jsou tak vydány napospas tomuto živočichu, aby je sežral. A zatímco je barchora zaujata tím, jak usilovně hltá jednu rybku za druhou, rybář ji uloví.

6. VELRYBA

(1) Velryba je podle Isidorova tvrzení největší ze všech ryb. Žíví ji moře o rozloze čtyř jiter. Má úzký ústní otvor, a proto může polylkat jenom malé rybky. Láká je k sobě vonným dechem, který jí vane z tlamy; pak je zhltnete a pošle dál do břicha. V hrdle má totiž jakousi kůži na způsob membrány, ve které jsou četné otvory; tato kůže zabraňuje, aby se velrybě dostali do břicha nejaci objem- nější tvorové. Velryba má velkou a širokou tlamu, kterou prý spolkla proroka Jonáše; pro takového hosta to nebyl právě nej- vhodnější příbytek! V mladí má velryba černé zuby, které ve stáří zbělají. Ústní otvor má na čele. Tyto ryby někdy nasají a pak ze sebe vyplaví tak velký přívál vody, že tou bouřlivou záplavou zavalí celé loďstvo a ve vzdutých vlnách a vodních vřech pak lodě potopí. A když se na moři zdvihne bouře, velryby se vynořu- jí nad vlny.

(2) Ballene, ut dicit Plinius, gestant fetus suos, quando infirmantur et invalidi sunt; et, ut dicit Experimentator, eos si parvi sunt, in ore recipiunt. Hoc idem facit, quando tempestatem viderit imminere; et post tempestatem evomit eos. Quando fetus ballene proper defectum aque impediuntur, ut matrem non sequantur, mater in ore aquam receptam instar fluvii ad fetus eicit, ut sic terre liberet inherentes. Adultos diu comitantur. Adolescunt celeriter. Decem annis crescent.

(3) Branchias non habentes fistula spirant; et hoc pauci faciunt e marinis.

(4) Quedam cethe tam magna sunt, quod insule videntur vel montes. Ysidorus: Hec harenas aliquando sustollunt dorsis, in quibus urgente tempestate cum naute inciderint terram se invenerunt gaudentes, ut pausent a fluctibus, anchoras iactant velisque depositis, cum quiescere sperant, in firmitate falsa ignes accendunt. Quos ut belua senserit, improvise ac subito commota dent into jutorum. Quod Ysidorus de ballena: Harenam in multa quantitate elevat super dorsum. Idem: Cethos cum videvis in revertendo densissima glomeracione confertos, torrentem velocissimum putabis effluere; spectavi hec ego et ammiratus sum Dei sapientiam. Hec monstra in Athalantico mari, ut dicit Ambrosius, infinite magnitudinis sunt, ita ut montes putes, si ea videris altissimis ad celum verticibus eminere.

(5) Magnus Basilius idem dicit quod Ysidorus de ballena: Harenam in multa quantitate elevat super dorsum. Idem: Cethos cum videvis in revertendo densissima glomeracione confertos, torrentem velocissimum putabis effluere; spectavi hec ego et ammiratus sum Dei sapientiam. Hec monstra in Athalantico mari, ut dicit Ambrosius, infinite magnitudinis sunt, ita ut montes putes, si ea videris altissimis ad celum verticibus eminere.

(6) Captura cethorum talis dicitur. Cethus postquam exedit etatem annorum trium, coit cum ballena femina. Nec mora in ipso coitu emulitatur virtute virge genitalis, ita ut ultra coire non possit, ristot ověky zký se

10

(2) Plinius uvádí, že pokud jsou velryby mládáta slabá a neduživá, matky je nosí, a podle toho, co říká *Experimentator*, je berou, dokud jsou ještě malá, do tlamy. Dělají to také tehdy, když vidí, že hrozí bouře; po jejím utíšení mládáta zase z tlamy vyvrhnu. Když velrybí mládáta uvíznou při odlivu na mělčině, a nejsou tedy schopna plavat za matkou, velrybí samice nabere do tlamy vodu a vychrlí ji na mládě jako jakýsi vodní proud, aby tak mládáta z mělčiny vysvobodila. Mládáta dlouho doprovázejí do splé velryby. Dospívají rychle. Jejich růst trvá deset let.

(3) Velryby nemají žábry, a tak dýchají pomocí jakési trubičky; to dělají z mořských živočichů jen málokteří.

(4) Některé velryby jsou tak obrovské, že vypadají jako ostrov nebo hora, a podle toho, co čteme u Isidora, si někdy házejí na hřbet píska. Pokud pak na takovou velrybu námořníci při blížící se bouři narazí, v radosti, že objevili souš, kam se mohou utéci před vlnobitím, vyhodí kotvu a odloží vesla. A protože doufají, že jsou v bezpečí, zapálí na té zdánlivě pevnině oheň. Jakkoli jej obluda ucítí, nečekaně a náhle podrážděna se ponoří a stáhne s sebou do hlubiny lodě i lidi. (5) Basil Veliký říká totéž co Isidor, totiz že si velryba sype na hřbet velké množství plísku. Tvrdí rovněž, že když zahlédneš, jak se velryby navracejí v hustém houfu, nabydeš domu, že se valí nesmírně prudký tok; i ja jsem to viděl a zmocnil se mne úžas nad Boží moudrostí. V Atlantském oceánu jsou podle Ambrože tato monstra tak obrovská, že spatříš-li jejich vysoká temena čnít k nebi, pokládáš je za hory.

(6) Lov velryb pří probíhá takto. Když velrybí samec překročí věk tří let, spáří se s velrybí samici. Nedlouho po páření pozbyde jeho pohlavní orgán síly, takže se už samec nemůže dále pářit.

7 liberet Boese] libenter MS — 11 vel Boese] om. MS — 24 verticibus Boese] vertentibus MS

¹ Plinius, Natur. hist. IX,21 — 2 opus perditum — 12 apud Isidorem Hispalensem in libro *Etymologiarum* haec verba non inveni, sed cf. Physiologus Graecus, 17 (red. 1), et Physiologus Latinus, 24 (versio B), 30 (versio Y), 25 (versio Bls) — 18 apud Basilium Caesariensem in libro *Hexameron non inveni* — 21 Eustathios, In Hexaem. Basili, VII,5,1 — 23 Ambrosius Mediolanensis, Hexaem. V,11,32

84va sed intrans pelagus alti | maris in tantum excrescit, ut nulla hominem
arte capi possit. Infra tres annos ergo etatis sue capi potest, et
hoc, ut dicit Liber rerum, tali modo: Piscatores notantes locum,
ubi cethus est, aggregantur ibidem cum navibus multis et facto
concentu tybarum ac fistularum circa eum allicitunt insequentem;
gaudet enim sonis huiusmodi. Cumque piscatores herentem vide-
rint iuxta naves sono modulationis attonitum, preparatum ad hoc
instrumentum quoddam ad instar rastri ferreis dentibus acumini-
natum clam in dorsum cethi proiciunt clamque diffugunt. Nec
mora, si certum locum vulneris dederit instrumentum, fundum
maris petit cethus et africans se dorso ad terram ferrum vulne-
ribus violenter impellit, quoadusque perfossa pinguedine vivam
carnem interius penetraverit sicque subsecuta ferrum salsa maris
aqua vulnus intrat et perimit vulneratum. Mortuus autem cethus
fluit super mare. Quod ut piscaores advertunt, cum funibus
adeunt mortuum et ad litus cum magno tripudio trahunt, utpote
certi tantis copiis habundare.

7. SEQUITUR DE COCODRILLO

(1) Cocodrillus animal est quadrupes, ut Iacobus et Solinus et
Plinius dicunt, quod in terra et flumine equaliter valet. Per diem in
terra frequencius requiescit et hoc adeo immobiliter, ut, nisi con- 25
suetudinem bestie prenoscas, eam mortuam credas, hyatu aves
pabuli gracia invitans. Nocte vero in aquis commoratur. Habet ova
velut anserum, que in terra profert, ibi scilicet, ubi fluvius ex-
uberans non possit attingere. In fetum fovendo masculus et femina
vicem servant.

20

7. NÁSLEDUJE KROKODÝL

(1) Krokodýl je podle Jakuba, Solina a Plinia čtvernožec, které-
mu se daří stejně dobrě na souši i v říční vodě. Během dne odpo- 25
čívá velmi často na zemi, a to tak nehybně, že pokud neznás pře-
dem jeho zvyky, věřil bys, že je mrtvý; on ale zatím láká svou
otevřenou tlamou ptáky, aby je mohl zhltout. Noc tráví ve vodě.
Snáší vejce podobna husím a kladě je na souši na místě, kde je
v případě, že by se vylila z břehů, nemůže zasáhnout voda.
V jejich zahřívání se střídají samec se samičí.

30

Odpalve tedy na širé moře a naroste do takové velikosti, že jej lidé nedokážou žádným způsobem ulovit. Je tedy možné jej chytit pouze do doby, než dosáhne tří let, a to, jak se dočítame v Knize o přírodě, následujícím způsobem. Rybáři dávají pozor, kde se velryba objeví, pak se na tom místě shromáždí s velkým počtem lodí, hrají na flétny a na písňy, a lákají tak velrybu, aby k nim připlavala; velrybam se totíž takové zvuky líbí. A když pak rybáři uvidí u lodi velrybu omámenou zvukem prsní, zarazí jí nečekaně do zad jakýsi nástroj podobný železné motyce s ostrými zuby, který si pro ten účel připravili, a opět se nepozorovaně vzdálí. Netrvá dlouho, a pokud ten nástroj zranil velrybu na příslušném místě, velryba se ponoří na dno moře, tre se tam zády o zem a divoce si ten železný nástroj vráží ještě více do rány, až ji prorazí tuk a pronikne do živého masa. Do rány se pak za železem dostane slaná mořská voda a zraněnou velrybu zahubí. Mrtvé tělo se vynoří na hladinu. Jakmile je rybáři zpozorují, svážou je provazy a táhnou velrybu s jádrem ke břehu, protože jsou si jisti, že získali velké množství masa.

15 quod ut Boese] quodusque MS — 27 invitans Boese] imitans MS
3 opus perdiuum — 23 Iacobus de Vitriaco, Hist. orient. 88, p. 182 —
Solinus, Collect. 32,22 — 24 Plinius, Natur. hist. VIII,89